



Dicitur autem terminus eo quod sic per eum terminatur pro-  
positio quod non ulterius progreditur. In hoc autem tractatu dice-  
mus de syllogismo simpliciteremplari. Est autem syllogismus  
simpliciter in quo non consideratur materia in qua talis vel  
talis syllogismus sit. id est non consideratur utrum talis materia  
sit probabilis vel necessaria sed solum consideratur syllogismus  
ad suam ordinacionem. In omni autem materia existentibus  
veris vel probabilibus premissis sequitur conclusio vera vel  
probabilis. quod autem talis ordinacio sit bona probatur per duo  
principia per se nota. Dico autem principia hic primas pro-  
nes per se notas. Hec autem principia sunt dici de omni et  
dici de nullo. Est autem dici de omni quod nihil est sumere sub  
subiecto de quo non dicatur predicatum. Dicere vero de nul-  
lo est quod nihil est sumere sub subiecto a quo non remo-  
ueatur predicatum. De his autem melius dicitur infra. Sciendum  
est quod quod syllogismi variantur per diversas figuras ut infra di-  
cet ideo aliqui syllogismi non possunt immediate probari per  
dicta duo principia et propterea tales syllogismi indi-  
gant vno alio principio per quod possunt reduci ad dici de omni et  
dici de nullo. Hoc autem principium est quod ex opposito pre-  
sequens inferat oppositum antecedens prime sequencie tunc  
prima prima fuit bona vnde omnes syllogismi in quibus non potest  
recte saluari dici de omni et dici de nullo. cum dicto tercio  
principio reducuntur ad formam in qua saluatur dici de omni  
vel dici de nullo et hec reductio vocatur ab aliquibus per  
impossibile a primo vero per syllogismum perversum. Similiter  
etiam reducuntur predicti tales syllogismi ad predicta duo  
principia per perversiones per se nota. Sed quod perversiones non probantur  
esse bone nisi per tercium principium id est dicendum quod sylvogismi  
reducuntur ad illa duo principia in virtute tercij

*Definitio  
Dicitur de  
Dicitur de*